Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31258
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

non oportet exprimere actu docendi scilicet ego doceo
te igitur nec baptisantem Scdo non oportuit in xpi
baptismo seruari illam formam quoniam alias fuisset bap-
tisatus in nomine sui ipsius Etiam non oportuit
benedictam trinitatem humane voce exprime que eui-
denter ibi apparuit pater in voce filius in carne
spiritus sanctus in columbe spe Luce iii Nec ista verba
proferuntur causa sufficiationis sed propter significacionem
sicut ad perconales creaturas dicitur exorciso te creatura
salis Nec est simili de docere et baptisare quia baptismus
est sacramentum necessarium ideo oportuit omnia obseruari que expressa
videntur in eius institucione sic autem non est de doctri-
na que non est sacramentum Sed quid si hec forma

De mutacione vocum in forma

mutatur an impediat sacramentum Respondeo sicud in naturalibus
sunt quatuor genera mutacionum scilicet secundum substanciam quanti-
tatem qualitatem et ubi sic quatuor modis potest
fieri mutacio circa prolacionem vocum in sacro Primo
modo secundum substanciam quia verba instituta et consueta
omnia dimittuntur ut aliqua et alia ponantur et hec
duplicat Uno modo manente eadem significacione
et modo fundi ut si transferantur verba latina in vulgaria
et sic nullum fit impedimentum peccaret tamen qui ex
leuitate et sine causa ydeoma mutaret Alio modo
non manente eadem significacione sed mutata
et mutato modo fundi et tunc nullum est sacramentum ut
si baptisaret quis in nomine domini et sancte virginis marie
vel in nomine genitoris geniti et paracliti Scdo modo
secundum quantitatem sic quod aliquid addatur et hoc triplex
ut illud additum implicat condicionem non existente
ut simplex sacerdos dicet ego te baptiso si sum
Episcopus vel implicat aliquid distrahens ut dimi-
nuens ut licet additum nec distrahat nec dimi-